UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXLII. Ioannis Papae VIII. Ad VVibbodvm, Pavlvm, Et Pavlvm Ac Livdoinvm Episcopos. Iubet vt Papiam ad Synodum accedant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

Visual Library

ctu fortaſſe, quæ minime credimus, pro parte Mediolanenſis archiepiſcopi, quoniam ſpecialiter noſter es, & manualis. Et quia de nullius niſi noſtra ditione conſiſtis* vt epiſtolam quam ſuffraganeis epiſcopis Rauennatis eccleſiæ, Paulo Placentinæ, & item Paulo Regienſi, atque Liudoino Mutinenſi, cum celeritate mittere procuretis, vt ſtatuto die Papiam veniant: quatenus de ſanctarum item Dei eccleſiarum & communi, atque vniuerſali ſalute tractare valeamus. Data vt ſupra.

** deeſt, iubeo vel quid huiuſmodi.*

EPISTOLA CXLII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD VVIBBODVM, PAVLVM, ET PAVLVM AC LIVDOINVM EPISCOPOS.

Iubet vt Papiam ad Synodum accedant.

Reuerendiſsimis & ſanctiſsimis Vuibbodo venerabili epiſcopo Parmenſi, & Paulo Placentino, & Paulo Regienſi, & Liudoino Mutinenſi epiſcopis.

SANCTITATEM veſtram ſcire cupimus, quoniam octauo Kalendas Decembris Taurinum venimus, inde, Deo duce, Papiam veniemus, & ibi Synodum pro ſtatu Dei eccleſiarum celebrabimus. Quapropter mittimus apoſtolicaque auctoritate expreſſe iubemus, vt quarto Nonas Decembris, ibi omni occaſione remota, ad Synodum eſſe debeatis. Et qui primo hanc epiſtolam legerit, alio ſub omni feſtinatione tranſmittat. Videte ne aliter faciatis: quoniam ſi aliter feceritis, canonico feriemini vigore. Data vt ſupra.